

Fee de Erratas.

Página 25. línea 36. Elebio, diga Eusebio. Pag. 33. lin. 30. meilore, diga meliore. Pag. 38. lin. 31. repunaro, diga repugnando. Pag. 45. lin. 18. no la, diga no las. Pag. 55. lin. 23. intentardo, diga intentado. Pag. 58. lin. 17. auia, diga auian. Pag. 60. lin. 17. excluir, diga excluido; y lin. 37. desolviendo, diga disolviendo. Pag. 66. lin. 4. enseñando, diga enseñado. Pag. 70. lin. 35. Froylo, diga Troyló. Pag. 78. lin. 31. enfrenar, diga enfrenara. Pag. 79. lin. 16. pñin, diga prision. Pag. 88. lin. 12. se hizo, diga, y se hizo. Pag. 97. lin. 21. recompesa, diga recompensa. Pag. 110. lin. 28. confignio, diga configuido; y lin. 35. mac, diga mas. Pag. 143. lin. 34. le ponia, diga le oponia. Pag. 155. lin. 20. estana, diga estaua. Pag. 160. lin. 14. apartar, diga apartar. Pag. 163. lin. 24. qua era, diga que era. Pag. 165. lin. última Pricefa, diga Princesa. Pagin. 194. lin. 1. Corana, diga Coronai. Pag. 126. lin. 12. confeguldo, diga conteguido; y lin. 28. lor, diga los. Pag. 197. lin. 26. de Consejo, diga de su Consejo. Pag. 216. lin. 2. Sondafera, diga Fosfadera. Pag. 235. lin. 28. Dastillo, diga Castillo. Pag. 236. lin. 19. de figura, diga de tu figura. Pag. 242. lin. 37. nos lo han, diga nos la han. Pag. 251. lin. 3. y que, diga con que. Pag. 261. lin. 16. confirma, diga conforma. Pag. 270. lin. 6. concedemo, diga concedemos. Pag. 271. lin. 35. irigieros, diga erigieron. Pag. 272. lin. 3. fueron, diga fueren. Pagin. 274. lin. 30. a que está, diga a questa. Pag. 275. lin. 16. encomendada, diga encomendada. Pag. 285. lin. 8. ampas, diga ambas. Pag. 290. lin. 26. mezcladas, diga mezclas; y lin. 39. sacrificacan, diga sacrificavan.

Este libro intitulado: Retrato del Buen Vassallo, copiado de la vida, y hechos de Don Andres de Cabrera, compuesto por Don Francisco Pinel y Monroy, con estas erratas corresponde a su original, Madrid, y Março 8. de 1677. años.

Lic. D. Francisco Forero
de Torres.



Suma de la Tassa.

T Assaron los Señores del Real Consejo de Castilla este libro intitulado: Retrato del Buen Vassallo, copiado de la vida, y hechos de Don Andres de Cabrera, compuesto por Don Francisco Pinel y Monroy, a ocho maravedis cada pliego, como mas largamente consta de su original. Madrid, y Março 12. de 1677. años.

D. GONSALDI

NAVARRO CASTELLANOS.

In D. Andræam de Cabrera, & D. Beatricem de Bobadilla, Primos Moyæ Dynastas.

PANEGYRIS.

QUIS calor extinctos iam pridem suscitât ignes?
Quis furor intus alit? Quæ nunc dementia mentem
Occupat? Et penitas vrit quæ flamma medulla sæ
Quo me Phœbe rapis? Quid me tua numina cogunt
5 Desuetas tentare vias? Num carmine laudes
Andrææ resonare iubes; Num coniugis altæ
Virtutes cantare? Mihi si ferrea centum
Ora sonent, linguisque sonet vox ferrea centum,
Carmine, & aggrediar tantas extollere palmas;
10 Deficient tamen, & vires, & carmina linguis,
Oraque deficient cantu lassata canentem.
Quippè tubæ clangore tonans vix fama perennis
Nomina tanta loqui dignè, vix gesta tonando
Laudibus æquare, ac meriti super ardua cœli
15 Ferre queat, pennis innixa per aëra magnum.
Sed si Phœbus adest cœptis, Phœbique sorores
Si mea cœlesti pertentant viscera motu,
Et placida audenti dederint si vela secundæ;
Aggrediar, sed summa legens fastigia rerum.
20 Iam iuga Parnasi cerno, iam scândere rupes
Molliter Aonias, summi que cacumina montis
Pierij superare iuvat. Iam limina pandit
Sancta Deus; votisque pijs pia turba fororum
Purpureis ornata rosis, lauroque virenti
25 Sponte fauet, fontesque sacros, laticesque propinat,
Castalios latices; doctum queis corda furorem
Concipiunt, mentesque poli tolluntur ad arces,
Cernis, vt ætherei mentes imitatur Olympi

Mens agitata Deo? Moresque exuta profanos
 30 Induit æthereos mores? En deserit vltro
 Pectus iners, rapidumque leuis super æthera fertur.
 Fallor? An augusta modulantur voce Camœnæ
 Carmina, Threiciam citharam dum pulsat Apollo?
 Dum mea musa canit? Tenui dum voce salutat?
 35 Salvete illustres animæ, tutissima Regum,
 Regnorumque salus, patriæ columenque decusque,
 Magnanime Andræa, & magna quoque mente Beatrix,
 Nomina cara Dijs, vestros celebrare triumphos,
 Et palmas memorare iubent pia numina; vati
 40 Parcite conanti, votisque fauete canentis.
 Fortunate Heros, & fortunata virago,
 Vos natura parens patriæ miserata labores
 Protulit in vitæ lumen. Vos numine divum
 Sidere felici exortos Hispaniâ felix
 45 Suscepit gaudens, forsan præfaga futuri.
 Tunc hilaris risit Genius, Lucina serenum
 Casta puerperijs adrisit, sidera cœli
 Lustrare suos radijs melioribus Orbes.
 Tunc manibus plausere cauis iuvenesque senesque
 50 Omine lætantes, Diuosque in vota vocarunt,
 Hoc vobis natura decus dedit alma, priusquam
 Munera naturæ ditasset cura parentum.
 O nimium felix genitor, nimiumque beatus!
 Qui teneros teneris natos informat ab annis,
 55 Sinceram seruare fidem, ius, fasque, bonumque,
 Antiquos mores, iuvenumque exempla priorum:
 Segnitiam fugere, & vitij præferre laborem:
 Desidiamque animi, turpemque fugare veternum.
 Talia præbebant avidis documenta parentes
 60 Auribus, atque animos pariter, mentesque monebant:
 Talibus, & monitis creuit cum corpore virtus,
 Et pudor, & probitas oris, grauitasque modesta,
 Et pietatis amor cum Religionis honore,
 Scilicet, & cultus superum, ritusque Sacrorum.
 65 Præterea eximijs vestram ornauere iuventam
 Dijque, Deæque simul, mentesque, & corpora donis,
 Numina quæque suis. Citharam tibi pulcher Apollo
 Magne Cabrera dedit: docuitque extollere cantu

Fortia gesta Ducum. Magnum sic fertur Achillem
 70 Phyllyrides docuisse fenex: didicitque canendo
 Sic Dux Aemonius generosum Martis amorem,
 Dilcebas etenim cantu, quos fuderit hostes
 Magnus Alexander bello: seu Palladis almæ
 Artibus instructos, armis animisque feroces
 75 Argolicos fregit populos: fregitve superbum
 Regnatorem Asiæ, innumeras mollesque cohortes,
 Agmina Persarum Phrygijs turgentia mitris,
 Grandibus, & teretes manicis induta lacertos.
 Ardebasque canens geminos, duo fulmina belli,
 80 Scipiadas, Fabios, assertoresque Camillos,
 Fabricios, Mariosque truces, priscosque Neronas,
 Romulidumque aliorum ingentia nomina. Quæque
 Fœdi fragi gessere Duces Carthaginis Altæ,
 Asdrubal armitonans, atque ægide sævus Amilcar,
 85 Armatusque dolis superans vagus Annibal hostes.
 Sed magis vrgebat cantus Mauortis amorem,
 Dum caneres ardens cœlestis numi nis igne,
 Quæ nostri gessere Duces bella, horrida bella,
 Pro patrijs laribus muniti corpora ferro,
 90 Munitique fide pro religione parentum.
 Siue Pelasie pio flammæ tua corda furore
 Numen, & ardentem servat Couadonga maniplos:
 Siue iubente Deo tonitru tibi militat æther,
 Et coniuratos mittens ad classica ventos
 95 Spicula torta manu valida, celeresque sagittas,
 Ferratasque trabes, & saxa retorquet in hostes.
 Siue Ausena fremens, Arabum indignatus acervos,
 (Vnde manu volucres soliti torquere sagittas)
 Mole ruit, fremituque immania viscera pandit,
 100 Agminaque absorbet subita tumulata ruina,
 Ingentemque vterum pharetrato milite complet.
 Marmure seu rauco miratur Deua ruentes,
 Deua rigens, per saxa ruens, rigidisque sub vndis
 Scuta virum, galeasque, & vasta cadauera voluit.
 105 Seu gener Alphonfus miscet certamina victor,
 Magnus & Alphonfus sequitur vestigia primi:
 Siue pudicitie assertor, vindexque Ramirus
 Hostiles acies fundit ducente Iacobo.

- Seu cladem infandam memorabat Musa canendo,
110 Ense Toletano quam Carpius edidit Heros,
Funera Gallorum, luget quæ Roscida vallis.
Siue canebat opes reduces, partasque triumphis
Camine Pindarico, & victricia funera Cidis,
Christi adumque Ducum splendentia nomina cœlo,
115 Et Sanctum Fernandæ tuum, & venerabile nomen.
Non dum prima genas lanugo pinxerat, & te
Expectabat equus, phaleris ornatus, & auro:
Extollens, & colla iubis distincta decoris
Ostentabat opes, aurum, gemmasque nitentes:
120 Impatiensque moræ, tanto sessor superbus,
Ardebat rigidis domini parere lupatis,
Et sonitu quatibat humum, pedibusque terebat.
Hoc studium tibi maius erat, lassare volantes
Cor nipedes cursu, & cursu prævertere ventos,
125 Flectere & in gyros, vel equum conscendere saltu,
Et saltu salebras, aut canibus circumdare silvas.
Non tibi certaret cursu Vivarius Heros,
Bellipotens Babieca licet ferretur in hostes
Arduus, ac sessor foderet calcaribus armos.
130 Non tibi certaret cursu, celerivè volatu
Bellerophon pugnator eques, domitorque Chimææ,
Pegasus aërias altè licet explicet alas,
Non tibi Castor eques, vel equorum agitator Achilles,
Hoc opus, hic labor vnus erat, requie ve iuventæ.
135 Tu quoque Virgo potens arcu, tu Diva triformis,
Aspera silvarum custos, nemorumque Diana,
Quæ montes canibus lustras, saltusque pererras
Puniceis altè furas devincta cothurnis:
Tu Dea dignata es pharetra, dignata sagittis,
140 Andreamque arcu, magnum Sucronis alumnum.
Ille feras clamore premens in retia rauco
Mille vias didicit venandi, mille premendi
Te duce: & exuvijs ornans templa alta ferarum
Sèpè tibi thuris sacros indixit honores.
145 Sed nemora egressum, & silvas horrentia Martis
Arma iuvant, Bellona placet, rapuit que volentem
In fera bella furor; teque in certamina traxit,
Armipotens Heros, soboles Mavortia Conchæ,

Dulcis amor patriæ, & gestarum gloria rerum
150 Te Mavors, Martisque soror, duo maxima belli
Namina, firmarunt ferro, & fulgentibus armis:
Euse Toletano dextram, clypeoque sinistram
Armauere manus, pectusque adamante perenni,
Et caput ardenti galea, cristisque coruscantibus
155 Te Sicoris, viditque Tagus, te Bætis in hostes
Acriter irruere aduersos, atque agmine facto
Sternere pallantes, & multa cede cadentes.

Protinus Henricus meritis pro talibus aulam,
Augustamque domum iussit curare Magistrum,
160 Et regere Imperio, Regnique in parte locavit.
Tunc patuit virtutis amor, prudentia simplex,
Cana fides, pietatis honos, clementia mitis,
Et recti, verique tenax Astræa refulsit.

Dictavit consulta Themis, patriæque salutem,
165 Te duce, privatis docuit præponere rebus.

Dicite Pierides oro, quæ exempla colendi
Andreas dederit Reges: quæ commoda lapsis
Attulerit rebus, cladesque averterit vnus
Consilioque, manuque potens: quotque impia fando
170 Bella per Hesperios plusquam civilia campos
Arcuerit solers placidæ facundia linguæ,
Hesperiaæ trepidante plaga: quot funera solus
Propulerit constans ore, & constantior armis.

Hæc, dum belligerum iuvenilia pectora numen
175 Spirabant, dum corda Themin. Iam dicite Divæ,
Quos animos generosa dedit, fortisque senectus:
Herculeam virtute senem cum vidit Areva
Fulmineos inter tonitrus, flammam inter, & hostes
Herculeas arces arcta obsidione prementem.

Cum viridis circum canentia tempora Laurus
180 Cinxit; & ornavit victrix frondente corona:
Victoremque levis deduxit currus ovantem
Ad superas arces magna comitante caterva.
Dicite Pierides. Nos nec meminisse valemus,

185 Sed nec tot casus, tantosve referre labores.
Nunc maiora canam, tanto dignata Beatrix
Coniugio; si Musa favet, si carmine possum.
Maius surgit opus: novus vrit viscera Phoebus,

Vnde repentino resonarunt carmine cantus
 190 Aonij dictante Deo. Dic casta Beatrix,
 Num tibi Diva parens? Generis num Iuppiter auctor?
 Ac nova progenies caelo delapsa sereno
 Mortales habitare domos, caeloque beare,
 Infernasque venis sedes componere Olympo?
 195 Aut natura ruit, rerumque invertitur ordo,
 Aut Iovis e cerebro in terras venit altera Pallas.
 Palladas artes primò solertia matris
 Te docuit: sanctosque patris, matrisque bibisti
 Mores, dum mollem aetatem formaret vterque,
 200 Dumque avidae raperent aures documenta parentum,
 Disceret atque animus solers, vtroque docente,
 Et verae virtutis opus, veramque salutem.
 Haud aliter Gracchos monuit Cornelia mater,
 Scipiadum genus: haud aliter meliore Minerva
 205 Eustochium docuit natam, sanctasque sorores
 Scipiadum de stirpe satus Romana Virago,
 Quae coluit, ducente Deo, cunabula Christi.
 Nec contenta loqui patrio sermone Latina
 Verba sonas, docto quae protulit ore Galinda,
 210 Ore Galinda potens, sensu Carmentis Ibera.
 Hac linguae, vitaeque simul, morumque magistra,
 Non satis Hispanos; iuvat & percurrere libros,
 Quos Latium, quos Roma legit, quosque orbis adorat.
 Principio tibi ludus erat versare frequenter,
 215 Quae doctus cecinit vates, quo Mantua turget:
 Seu gracile ad carmen placide modulantis avenae
 Formosam laetae resonant Amaryllida silvae:
 Seu docet agricolas hominumque, bouumque labores:
 Siue tuba clangente tonans horrentia Martis
 220 Arma canit, tollitque animos, ac suscitatur iras.
 Quaeque canit Venusinus olor, vetus accola Pindi,
 Carmina lustrabas oculis, & mente tenebas:
 Sive sonante chely celebrat monumenta virorum,
 Quos virtus, quos vita probat, quos ditat Olympus:
 225 Seu pravae hominum mentes sermonibus arcet.
 Non tamen, aut dulcis Naso, nitidusve Catullus
 Detinere tuas verbis genialibus aures.
 Sed neque degeneres Musae, mollesve Poetae,

Vndè repentino resonarunt carmine cantus
 190 Aonij dictante Deo. Dic casta Beatrix,
 Num tibi Diva parens? Generis num Iuppiter auctor?
 Ac nova progenies cœlo delapsa sereno
 Mortales habitare domos, cœloque beare,
 Infernasque venis sedes componere Olympo?
 195 Aut natura ruit, rerumque invertitur ordo,
 Aut Iovis è cerebro in terras venit altera Pallas.
 Palladias artes primò solertia matris
 Te docuit: sanctosque patris, matrisque bibisti
 Mores, dum mollem ætatem formaret vterque,
 200 Dumque avidæ raperent aures documenta parentum,
 Disceret atque animus solers, vtroque docente,
 Et veræ virtutis opus, veramque salutem.
 Haud aliter Gracchos monuit Cornelia mater,
 Scipiadam genus: haud aliter meliore Minerva
 205 Eustochium docuit natam, sanctasque sorores
 Scipiadam de stirpe satus Romana Virago,
 Quæ coluit, ducente Deo, cunabula Christi.
 Nec contenta loqui patrio sermone Latina
 Verba sonas, docto quæ protulit ore Galinda,
 210 Ore Galinda potens, sensu Carmentis Ibera.
 Hac linguæ, vitæque simul, morumque magistra,
 Non satis Hispanos; iuvat & percurrere libros,
 Quos Latium, quos Roma legit, quosque orbis adorat.
 Principio tibi ludus erat versare frequenter,
 215 Quæ doctus cecinit vates, quo Mantua turget:
 Seu gracile ad carmen placidè modulantis avenæ
 Formosam lætæ resonant Amaryllida silvæ:
 Seu docet agricolas hominumque, boumque labores:
 Siuè tuba clangente tonans horrentia Martis
 220 Arma canit, tollitque animos, ac suscitât iras.
 Quæque canit Venusinus olor, vetus accola Pindi,
 Carmina lustrabas oculis, & mente tenebas:
 Sive sonante chely celebrat monumenta virorum,
 Quos virtus, quos vita probat, quos ditat Olympus:
 225 Seu pravas hominum mentes sermonibus arcet.
 Non tamèn, aut dulcis Naso, nitidusve Catullus
 Detinuè re tuas verbis genialibus aures.
 Sed nequè degeneres Musæ, mollesve Poëtæ,

- Carmine qui incesto perfundunt ora rubore.
230 Nec tremuli lasciuia probas modulamina cantus,
Ista puellarem decorabat gratia mentem.
Sed maiora petit molimina grandior ætas,
Ardua quæ primis penitus fulgebat ab annis.
Tunc causas placuit prisca rerum agnoscere rerum
235 Orbis ab exortu; primaque ab origine mundi
Tempus ad vsque tuum virtutum exempla petebas.
Doctores etiam sacros noctesque diesque
Virginis lustrare oculis, animisque tenere
Delicium tibi maius erat, seu maximus almae
240 Bethlemi Doctor Romanis præbet alumnis
Pabula doctrinæ, & monitis informat amicis.
Siue Tagaste satus deflet commissa iuventæ;
Et gemit, & toto fundit suspiria corde.
Ambrosia Ambrosij pariter te verba trahebant;
245 Abdita dum referat cœlestia lumina vatum,
Aut referat summi Diuina oracula Regis.
Gregoriumque Patrem quanta pietate legebas?
Romulidumque Patrem, Rectoremque Urbis, & Orbis;
Simplicis & Iobi pœnas, durosque labores?
250 Atque etiam Isidore tuos Hispana solebat
Discere sermones, prisca dogmata Patrum.
Talibus addictam studijs te Regia Virgo
Isabella sibi (haud equidem sine numine credo)
Afsiduam fecit comitem, morumque Magistram:
255 Virginis, & Virgo servasti casti cubile.
Interea magnis misceri motibus vrbes,
Armari ferro, rapere arma coloni,
Augustum nutare decus, Regumque potestas
Corruere, & dubij placitis innixa Senatus
260 Res Hispana simul, matresque vlulare gementes
Natorum exitium; sæva dum cæde cruentum
Occasum Castella dolet, dolet Orbis Iberus.
Non tamen, ò Virgo fortis, seu fortis Amazon,
Vel mentem terrere tuam, roburque virile
265 Armorum potuit fremitus: vel sæva minantes
Condensatæ acies. Sed contra audentior ibas:
Pectoreque, aut silicem, solidumvè adamantina gerebas.
Vincebas virtute viros: ac magna virorum

- Nomina, & Heroum superabas foemina laudes.
 270 Te magni coluere Duces, Sacrique Senatus
 Confuere Patres: teque in consulta vocarunt
 Magnanimi Reges; saepe & consulta probasti.
 Quid dignum resonare tuis virtutibus impar
 Carmine Musa valet? Magno seu robore mentis
 275 Desponsos thalamos, formidatosque Hymenæos
 Augustæ Dominæ, ostenso mucrone parato,
 Spondes, & stricto tentas avertere ferro,
 Sanguinis, & proprii, capitisque arcere periclo,
 Seu furo faciem simulas, alienaque fumis.
 280 Vestimenta dolo: gradientque ignota per hostes
 Discordes animos Regum sermone salubri,
 Conciliaque simul fratremque, & scepra forori.
 Dic quoque Musa præcor, quanto fervebat amore
 Cœligenæ Dominæ cœlo demissa Beatrix?
 285 Sidere cùm dextro Malacæ præ mœnibus altis
 Sideris Hesperij servavit strenua lumen,
 Quod velut alma dies terras lustrabat Iberas;
 Scilicet Augustæ vitam, patriæque salutem,
 Vos ò Melpomene quæso, aspirate canenti,
 290 Agmina cum præmerent arces Hispana superbas
 Urbis inaccessæ pelago, terraque potentis:
 Celsaque cùm peteret Regum tentoria velis
 Splendida puniceis, niveisque Alguerbius audax,
 Fatidicus vates, mortis devota futurae
 295 Victima Lethæum x placatura tyrannum;
 Forte Beatricis venit tentoria signis
 Arta laboratis, auroque micantia fulvo:
 Vidit & Augustam speciem, vultumque verendum;
 Qui posset Regina Deam, teve ore referre.
 300 Tunc triste aggreditur facinus teterrimus hostis,
 Et curva curvum vagina diripit enses,
 Incautamque in vadit atrox mucrone corusco
 Mutius alter Arabs furijs agitated Averni:
 Tentat & æthereo ferrum maculare cruore,
 305 Sacrilegasque manus, illusus imagine formæ.
 Num vitæ tutela tuæ tibi fida Beatrix,
 Belligera Isabella, fuit; custosque salutis?
 Pandito Calliope, quanto cum robore mentis?

310 Quo vultu ardentem gladium? quo ve ore fefellit
Hostiles animos Maiestas Regia formæ?
Pectore magnanimo, & corde Heroïna sereno
Quàm placidè aspexit proprium imperterrita lethum?
Quàm validè excepit minitantis acinacis ictum,
Vel capiti Regina tuo, Regisve minantem?

315 Num gemitu infremuit pavidò? num lumina torfit?
Num mortem expavit pallens? aut fracta periclo est?
Quis memoret, quanta fortis Bobadilla furentem,
Vel quali virtute trucem protruderis hostem?

320 Quis vigiles curas, curarumve explicet æstus?
Tot sine nocte dies? Quis tot discrimina rerum?
Consilio Isabella tuo quot bella patrarit,
Quis canere? aut possit verbis æquare labores?
Dicite Pegasides Nymphæ: non sufficit vno
Ore loqui. Fessò rerum seu parcite vati.

325 Cùm Pater omnipotens, hominũ cui summa potestas;
Telluris, cœlique cavi, pelagique sonantis:

Cuique hominum, semperque placet concordia rerum;
Castel. & horrentes clades de sede superna
Respice. et clemens, camposque cruore rubentes,

330 Informem, & faciem Hesperia: miseratus acerbas

Fortunæ, rerumque vices; vos, numine dextro

Quos genuit natura pares, doctrina parentum

Quos dedit æquales, votis quos Hesperis ora

Suscepit paribus: vos ò placidissima Regum;

335 Regnorumque quies, voluit sociare iugali

Fœdere coniugij; votis vt iugibus ambo

Consultis, factisque pijs, & fortibus ausis

Auxilium commune bonis, patria que ruenti

Possetis præstare simul. Tunc pronuba Iuno

340 Auspicijs Henrice tuis, magnæque sororis

Connubio iunxit stabili: Charitumque caterva

Principibus fecit caros, cunctisque verendos.

Tu quoque casta Venus generosa prole parentes;

Phœbe dein canito, Coniux quæ gessit vterque,

345 Amborum & merita circunda tempora lauro.

Scilicet Hesperius mistas cùm cerneret orbis

Fraternas acies, convulsaque fœdera regni,

Bellaque luctificas populis minitantiæ clades;

Fœdera firmastis Regum, Procerumque superbos,
 350 Discordesque animos concordi pace ligastis,
 Consilioque, manuque, & dia Palladis arte.
 Sic Aquilas, & signa movens Romana Quirinus
 Romanas arces bello, gentemque togatam:
 Sic Numa tranquilla firmavit pace Quirites.
 355 Post obitum tandem, supremaque funera Regis
 Henrici, Isabella, tuum diademate circum
 Augusto cinxere caput, sceproque verendo
 Munivere manus, lethum gladioque minanti,
 Pectore magnanimo Andreas, vxorque virili:
 360 Reginam & primi resonanti voce vocarunt.
 Exemplum prælustre bonis, quod deinde secuta
 Vrbs antiqua, potens, felixque Secubia Reges
 Fernandum lætata tonat, tonat Isabellam
 Ingeminans plausus, circumplaudente Senatu:
 365 Et rerum dominos iterumque, iterumque salutant:
 Felices ambo Andreaque, & clara Beatrix!
 Fortunati ambo! quorum virtutibus olim
 Hostibus è medio pulsus, bellisque fugatis,
 370 Astrea comite inuisit Pax aurea terras
 Lapsa polo, fertoque nitens viridantis oliuæ:
 Regna manent, Regesque simul, semperque manebunt
 Hesperia, prisca sub religione parentum
 Religio, virtutis honos pax alma, fidesque
 Vestrum munus erat. Quæ dignè carmina possint
 375 Munera tanta loqui: vestro nam munere tandem
 Vana superstitio Hispanis procul exul ab oris.
 Infremuit, Maurive truces, Arabumve tyranni:
 Et Iudæ, dubijque laris, profugique nepotes
 Implevere sacras mœstis vlulatibus vrbes.
 380 Deinde Fides Romana redux, quam cana vetustas
 Religione patrum multos servauerat annos,
 Antiquas victrix sedes, ac prisca revisit
 Tempa Dei, Pæana canens altaria circum:
 Atque ope barbarica fulgens, spoliisque superbis
 385 Ad superas arces retulit cristata triumphos.
 Postquam res Arabum, gentesque, vrbesque profanas
 Hesperij domuere Ducés, ceciditque protervum
 Imperium Boadille tuum, regnique potestas;

Non

Non Mavors, Martivè furor formidine campos
390 Terruit, aut muris nudas non amplius vrbes.

Non infesta manus, latitans aut turba latronum

Obsedit terrore vias: sed mutua lætæ

395 Iustitia è cælo rediens dedit oscula Paci.

Tunc exul redijt Virgo: tunc munere vestro

395 Aurea lætantes viderunt sæcula gentes,

400 Suscepitque suos gaudens Hispania Reges: M E D

Vidimus Hesperios lætos sine milite campos;

Agricolasque rudes terras versare iacentes.

Vomere, & incurvos rastro subvertere glebas;

400 Pro gladijque nitore nitor splendebat aratri

Tunc terra agricolæ votis patebat egeni,

Atque hilares segetes fundebant arva colonis:

Flava Ceres flavas vix tum numeraret aristas,

Nosceret aut femeles proles tot nomina vitis,

405 Ipsa vel arboreos fetus Pomona referret;

Sed fruges pleno fundebat Copia cornu.

Talia nostrates viderunt secula cives,

Secula cum tales viderunt aurea Reges;

Aulaque cum vidit tales Augusta ministros.

410 Post Nomadum tandem populos, Regesque subactos;

Postque triumphatas Austrino in littore terras,

Alma Fides alios lustravit lampade mundos,

Lampade Christiadam, tenebrasque fugavit Averni

Solis ab occasu, claro præunte Columbo;

415 Vidit & exortum Fidei Columbia tellus,

Consilij Bobadilla tuis, magnique mariti,

Auspice Regina Isabella, atque auspice Rege:

Sic Musæ cecinere novem: sic Phœbus Apollo

Concinuit, carmenque vno simul ore sonabant.

ALVARI GOMEZII
DE CIVIDAD-REAL,

Oppidorum Pioz, el Pozo, & Atançon,
Toparchæ.

DE MIRANOVI ORBIS DETECTIONE,

POETICA PROLVSIO.

Viderat Omnipotens Cœli Speculatus ab arce
Innumeratas gentes sedentes mortis in vmbra
Occiduas habitare plâgas: a trique Tyranni
Imperium crudele pati; statuitque superbi
5 Regnatoris opes, Stygiumque euertere Regnum,
Terra procul colitur prisca incognita seclis,
Interclusa mari, atque ingentibus horrida silvis,
Herculeas ultra metas, solemque cadentem,
Quàm penitus nostro natura diremit ab Orbe:
10 Gens inimica Deo, infandis & moribus atrox
Has primum coluit sedes, quæ demonis astu
Fas omne abruptit, scædum & scelus omne patrauit.
Hanc nulli nouere hominum, Tyrusve, Ligurye:
Non olim Romana ratis, non Cantaber Orbis
15 Nauita barbarici fugientes prenderat oras:
Sed tumidis in vectus aquis, iactatus & alto
Oceani primus laxauit vincla Columbus,
Primus & Hesperijs detexit Regibus Heros
Imperium sine fine novum, sine tempore famam:
20 Non duce fortuna casuve, aut pyxidis arte,
Sidera quæ nautis, ventosque, polosque ministrat:
Sed ducente Deo; cœli cui sidera parent,
Vt tutum sequeretur iter doctrina salutis.
Quæ breuiter quo gesta modo, quo ve ordine promam:
25 Si veneranda Dei mysteria discere gratum est,
Rebus & antiquis pronas a luertere mentes.
Grandibus accensus studijs arcana videndi,
Quæ cœcis inclusa vadis natura tegebat
Aequoris Occidui, Heroum fortissimus Heros

30 Augustos adiit Reges, veniamque precatus
Polcitur opem supplex: ut posset curva per altum
Ventis vela dare, atque ignotas pandere terras.
Immanes promittit opes, numeroque carentes,
Imperiumque novum Fidei, camposque feraces,
35 Se quoque ductorem vigilem, fidumque ministrum
Ferdinande tibi, tibi que Isabella potentes
Viribus, atque opibus Rex, & Regina beati.

★ ★ ★ ★ ★ ★ ★ ★ ★ ★

Inde hominum trepidare metu sæuisimus hostis,
Et veritus Regumque fidem, populumque fidelem,
40 Occultos versare dolos, si fallere posset.

Oceani anfractus memorat, penitusque sonantes
Aërios scopulos, & saxa latentia fundo:
Infidas Syrtes, imperviaque æquora nautis:
Naufragia horrifona, & vastum sine littore pontum;
45 Exhaustas & opes bello, & sine fine labores.
Talibus ille dolos fucis texebat amarus,
Ut Regum ex oculis ingentem auerteret orbem,
Tellurisque novæ nautas prohiberet arenis.

Hoc ipsum Proceres, alijque probante Senatu
30 Consulere Duces armisque, manuque potentes,
Quos ratione regit sensus, non lumine Numen:

Invitusque abiit, mœrensque ex vrbe Columbus:
Ast alij contra, Andreas coniuxque Beatrix,
Quintanilla potens, fidus Sanctangelus ore,
55 Atque alij, quos alma Fides, & numina firmant,
Firmarunt animos Regum sermone disertio:

Addidit & verbis pondus Marchena Sacerdos:
In primis Bobadilla sacro correpta furore,
Siue afflata Deo, generoso ve ore locuta

60 Reginam aggreditur supplex, ac talia fatatur:
Heroum Isabella genus, magnique parentis
Inclyta progenies, magnosque datura nepotes,
Terrarum quibus imperium, quibus alta parantur
Sceptra maris; quæ te torpens ignavia tardat?

65 Quis tua corda timor pauidis terroribus implet?
Hoc cine robur erat cordis, cum Marte cruento
Hostiles premeres acies, atque agmina victrix
Horrida Maurorum miseranda cæde fugares?

Hoc illud Regina fuit, quod Martia virtus,
 70 Quod patriæ virtutis honos promiserat ante?
 Aggredere, egregium facinusque, ausumque decorum:
 Ecce tibi Romana Fides, tibi militat æther,
 Te pacis, bellique potens, Divumque hominumque
 Aeternus rector multis è millibus vnam
 75 Delegit, bellique sacri, pacisque ministram.
 Non venit in mentem, quot bello ceperis vrbes
 Barbaricas? Ferroque altas euerteris arces?
 Quotque equitum alipedes turmas, peditumque cohortes
 Straueris æratas? Quot fuderis agmina peltis
 80 Fulgida lunatis? validisve fugaueris armis?
 Vix aliquid natura dedit mortalibus absque
 Sollicito studio; magnum nihil absque labore:
 Aude aliquid, quod Musa canat, quod concinat orbis,
 Mirenturque tui post secula fera nepotes.
 85 Christophorus: cœlique vias, pelagique profundi
 Detexit, cœlos referans, penitusque repostos
 Cœlorum tractus, & per via sidera nautis;
 Qui leges indixit aquis, qui nomina ventis:
 Detegat ille nouas vrbes, aut detegat orbis,
 90 Quos fors tibi fata dabunt, si fida sequaris
 Fata Dei, Hesperia verrant Atlantica classes
 Aequora, Clauigero quondam metuenta tyranno:
 PLVS VLTRA tibi fata dabunt terræque, marisque;
 Si maris & terræ tractus quæsiueris vltra
 95 Eia, age, perge volans, cœli qua numina ducunt.
 Ignavos fortuna præmit, timidusque perosa
 Audentes, fortesque viros extollit ad astra.
 Ecce, nouam tua firma Fides hanc addidit urbem
 Urbibus Hesperijs, & nomine & omine Sanctam:
 100 Ipsa tibi validas subdet, quas conspicias, arces
 Armisonæ Illiberis, turritis mœnibus altas.
 Rumpe moras: hominum melior fiducia magni
 Numinis auxilijs semper stetit. Eijce longè
 Segnitiam: & Mariam supplex, Divosque præcare.
 105 Alter adest Tiphys; sit altera quæ vehat Argo
 Audentes Heroas ad vltima climata cœli.
 Talibus exultans monitis Regina serenam
 Explicuit frontem, & iussit remeare Columbum:

Ad quem sic placido vultu est, atque ore locuta: 7

110 Christophore vndipotens, quæ Rex stellantis Olympi
 Astrorum fecit, tempestatumque peritum,
 I, Ligurum decus eximium, da carbasa ventis,
 Oceanique sinus exquire, & littora nostris
 Dissita littoribus, portusque require secundos.

115 I, sequere vndivago peregrinas æquore terras:
 Occiduas scrutare plagas, orbemque per vndas
 Quære novum, gentisque novæ nova nomina pande:
 Orbis & ignoti naturæ arcana reclude.
 Quæ nostris lateant terræ, quæ littora nautis,

120 Quæ loca, quæ silvæ & montes, quæ flumina, quæque
 Insulæ Oceano in magno, Quæ regna quibusque
 Subdita Principibus, quibus aut regnata tyrannis.
 Quas leges, moresque colant, quod numen adorent,
 Strenuus exquires etiam, si forte per vndas

125 Alma Fides Christi pelago tranaverit ultra
 Herculeas metas: vastis anne exul ab oris
 Orbis Atlantiaci miserandas fugerit ymbra:
 Vade, age, carpe viam velox: treis corripere naues;
 Vnam Sancta Fides ducat, spes alma secundam,

130 Altera Diuini referat tutamen Amoris.
 Perge modò exultans: atque omnia nominis imple;
 Tecum fortè ferens Christum, veramque salutem.
 Christifer hæc contra, & diuinus reddidit Heros:
 O sapiens Regina iube, quodcumque libebit.

135 Si tantos iterare iubes animosa labores,
 Perque novos casus, per tanta pericula, ponti
 Fluctibus insanis iterum committere vitam;
 Hoc erat in votis, iterumque, iterumque furentes
 Oceani fluctus valida superare carina:

140 Rursus & innumeris animam obiectare periclis,
 Obsequiumque offerre Deo, Fideique paternæ.
 Imperijs parebo tuis: iam iussu capeffo,
 Iamque sequor tua fata libens, tua numina, teque
 Diua ducem; auxilium præsta, veniamque roganti:

145 Da facilem cursum nautis, ventosque ferentes.
 Duc, age, præses ades: nec nos tua fata secuti
 Tecum per Stygias trepidabimus ire tenebras.
 Dixit, & ex templo placida cum pace recedit:

Carpit iter, classemque parat, sociosque recenset.
 150 Flucti vagas soluitque rates, atque imperat vndis:
 It iuvenum, pelagoque volat generosa caterua.
 Per mare veli volum, perque in via littora, perque
 Ignotas coelique plagas, pelagique profundi
 Vela dabat Romana Fides (Dux femina facti)
 155 Signa salutiferæque Crucis, vexillave Christi
 Extulit; & mœsto strepuerunt tartara planctu
 Adventum testata Dei: fœdoque tumultu
 Corripuere mare, & tumidum Phlegetonta furores:
 Umbrarumque Stygis circum fremuere phalanges
 160 Squalidæ, & vndantes vomuere ad sidera fluctus.
 Protinus Oceanus leuium dominator aquarum
 Ceruleis inuectus equis, maria omnia circum
 Aspiciens effusa vadis à sedibus imis,
 Aequora placuit placido percussa tridenti:
 165 Iussit & æquoreos ventos afflare secundos,
 Vndarum & vastos pariter subsidere montes,
 Nec dubium detexit iter per lubrica ponti
 Aequora, non vllis olim tentata carinis.
 Agnouitque Crucem vexilla salutis adorans:
 170 Tunc rapidum Tritona vocat, Tritonque capessit
 Iussa patris: conchaque tonans ad iussa parentis
 Cete immensa vocat, vocat & genus omne natantum;
 Nereidumque choros ducit cum Doride Nympha.
 Deducunt ipsæ naues Tritone canente,
 175 Reginamque Fidem placidè comitantur euntem.
 Sic Dominumque, Deumque agnouit America Christū,
 Romanamque Fidem, & veræ pietatis amorem.

T A B L A DE LOS CAPITVLOS

DE ESTE LIBRO.

Introduccion, pag. 1.

LIBRO PRIMERO.

Capitulo I. Padres, y ascendientes de Don Andres de Cabrera, pag. 7.

Cap. II. Que continua la materia del precedente, pag. 16.

Cap. III. Patria, y nacimiento de Don Andres, antigüedades, y excelencias de la Ciudad de Cuenca, pag. 23.

Cap. IV. Educacion de Don Andres, empleos de su juventud, y su introduccion en el Palacio del Principe Don Enrique, pag. 32.

Cap. V. Atenciones de Don Andres, con que se adelanta en la gracia del Principe, cuyas inclinaciones, y costumbres se refieren, pag. 40.

Cap. VI. Muerte del Rey D. Iuan, y seruicios de D. Andres de Cabrera en los principios del Reynado de Don Enrique, pag. 45.

Cap. VII. Estorva D. Andres la prision del Marques de Villena, y refiere el estado de las cosas del Reyno, pag. 51.

Cap. VIII. Haze el Rey à Don Andres Mayordomo de su Palacio, acompaña en las vistas con el de Francia, mercedes de Moya, y Sepulveda, pag. 61.

Cap. IX. Confederacion de los Grandes contra el Rey, sus motivos, y buenos officios de Don Andres con el Marques de Villena, pag. 70.

Cap. X. Disuade Don Andres al Rey la entrega del Infante D. Alonso, pero sin efecto, y se continuan las turbaciones del Reyno, pag. 75.

Cap. XI. Leuantan los Grandes por Rey al Principe D. Alonso, y diligencias de Don Andres en seruicio del Rey Don Enrique, pag. 81.

Cap. XII. Continua D. Andres sus buenos seruicios, y refiere su casamiento con Doña Beatriz de Bobadilla, pag. 87.

Cap.

Cap. XIII. Batalla de Olmedo, entrega de Segouia al Principe, y prosigue Don Andres sus officios con el Marques de Villena, pag. 94.

Cap. XIV. Muerte del Principe D. Alonso, diligencias de Don Andres para concordar al Rey, y à la Infanta, pag. 100.

Cap. XV. Persuade D. Andres al Rey la concordia con la Infanta D. Isabel, y su juramento en Guifando, pag. 106.

Cap. XVI. Consigue Don Andres el Gobierno de Segouia, y otras mercedes, y buelven los Mendozas al seruicio del Rey, pag. 115.

Cap. XVII. Nuevas maximas del Maestre de Santiago: embraza Don Andres la entrega del Alcazar de Madrid, y dale el Rey su Alcaydia, pag. 120.

Cap. XVIII. Jornada del Rey à Andalucia, y casamiento de la Princesa Doña Isabel, pag. 125.

Cap. XIX. Cobra el Rey por industria de Don Andres el Alcazar de Segouia, y dale aquella Alcaydia, pag. 129.

Cap. XX. Casamiento de Doña Juana con el Duque de Berri, su nuevo juramento, y aquietta Don Andres vn tumulto en Segouia, pag. 134.

Cap. XXI. Trátale el casamiento de D. Juana con D. Enrique de Aragon, y apoderale el Maestre del Alcazar de Madrid, pag. 140.

Cap. XXII. Procura el Maestre de Santiago apoderarse del Alcazar de Segouia, y destreza de D. Andres para estorvarlo, pag. 144.

Cap. XXIII. Asiento tomado entre D. Andres, y el Maestre; Alboroto de Segouia, y su pacificacion, pag. 149.

LIBRO SEGUNDO.

Cap. I. De la concordia que hizo Don Andres de Cabrera con la Princesa Doña Isabel, pag. 156.

Cap. II. Capelo del Cardenal de Mendoza, y venida de la Princesa D. Isabel al Alcazar de Segouia, pag. 163.

Cap. III. Vistas del Rey D. Enrique, y de la Princesa, y venida del Rey de Sicilia à Segouia, pag. 167.

Cap. IV. Riesgo de los Principes en Segouia, prouidencia, y fidelidad de Don Andres de Cabrera, pag. 188.

Cap. V. Muerte del Rey D. Enrique, y aclamacion de la Princesa Doña Isabel, pag. 195.

Cap.